
IN UNIVERSAM
METAPHYSICAM.

P R Æ F A T I O.

Quemadmodum in omni re a notis perspectisque ad incognita, a facilioribus ad difficilia quasi natura duce progredimur, ita in sapientiæ studio a contemplatione sensibilibus ad eorum, quæ minime sensus movent, examen, a peculiaribus ad generica, ab eventibus factisque ad illorum originem remotioresque causas ascendimus. Et hanc quidem philosophandi viam patere latius ad veritatem investigandam constat, quam vulgo credi putative contueverit. Nulla enim aut disciplina, aut disciplinæ pars est, quæ ab hac studiorum ratione profecta, egregie non adoleverit: omniaque syntheticum in morem exculpta & elaborata systemata hujusmodi progressionem primum orta, dein conformata extitere. Utinam vero quæ in hac tam præclara institutione comparata sunt, nihil adversus rationem.

Tom. I. a 2 nem

Sensus autem interpretes, ac nuntii rerum in capite, tamquam in arce, mirifice ad usus necessarios & facti & collocati.

Cic. Lib. 2. De Nat. Deor.

Quam vero aptas manus natura homini dedit!

Idem loc. laud.

Sæpe vero eloquendi vis quam est præclara, quamque divina! Hac a vita immani, & fera segregavit.

Idem loc. laud.
